

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 06 : De Latona

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[125\] : De Latone](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 06 : De Latona](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 07 : De Latone](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 06 : De Latone](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IX, 06 : De Latona, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 03/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/943>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination273v°-274v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Latone](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

Mythologia

tamen in aliquam partem magis declinet. Circa hanc feræ sunt, quia omnia animalia ab illa producantur & nutriantur; quæ cum multas ciuitates habeat, merito corona turrita insignitur. Instrumentorum vero strepitus, vim significat ventorum, qui plurimum faciunt, & quasi lenones sunt ad omnia naturæ negotia, cum sint frigoris & caloris non leues ministri, & tanquam pluuiarum ac serenitatis vehicula. trahitur à quatuor ferocissimis leonibus eius currus, qui nihil sanè sunt aliud, quàm ab Oriente & Septentrione, & his à latere regionibus venti. Hi dicuntur illam vehere, quoniam vis generationis plurimum illis adiuuatur. cum vero omnia ex illa fluere, & in ortum deduci appareant, iure Rhea *ῥέα* siue à fluendo dicta est. at nunc de Latona dicatur.

De Latona.

Cap. VI.

Vit autem Latona Cxi ac Phœbes filia, vti testatur Apollodorus lib. 1. & Hesiod. ita in Theogonia;

*φῶβος ὁ καὶ ἡλίου καὶ ἑρμῆος παῖς ἵε ἱουλῶ
κατακλινὲς ἔσθλητα ἔτα. Διὸς ἱε φελέταται
ἀπὸ καὶ πινυλάε ἐσθλὸν πολέχον αἶν.*

Inde thorum Cxi Phœbe conscendit, & illi
luncta in amore Deo Latonam concipit almam.

Sic Ouidius etiam libro sexto mutationum;

Quoque modo audetis genitam Titanida Cxo
Latonam præferre mihi?

Homerus autem hymnicus in hymno in Apollinem Latonam Saturni filiam fuisse scribit hoc pacto;

Ἀπὸ καὶ πινυλάε ἐσθλὸν πολέχον αἶν.

Incluta Latona, o Saturni filia magni.

Fabulantur hanc compressam fuisse à Ioue ob eximiam pulchritudinem, quã cum in utero gestare sensisset Iuno, illam depulit è cælo, iussitque Pythoni serpenti vt illam insequeretur. Deinde terra vniuersa iurare coacta est, quod parienti Latonæ locum non concederet, præter Delum insulam: illa enim cum esset instabilis per illud tempus, sub vndis forte delitescerebat; quæ deinde cum tempus pariendi Latonæ aduentasset, vtpote non iurata in Latonam, iussa est à Neptuno consistere, & locum parturienti præbere, vt scripsit Lucianus in dialogo Iridis & Neptuni. Hæc igitur insula in mari Aegeo cum tunc ad recipiendam Latonam emerisset atque apparuisset ex vndis, Delus vocata fuit, quod nomen manifestum & apparens significat. fuit postea in hac insula vrbs in planitie ædificata, templumque nobilissimum Apollinis & Latonæ, cui mons Cynthus erat propinquus, & fluuius Iomus nomine non valde magnus, qui per insulam fluebat, vt testatur Strabo libro decimo. sed neque tamen in illa insula clam partum edere potuisset, nisi Iunonem armorum Curetum strepitus obrudisset, cum assidue sollicita esset, & Latonam insequeretur ne alicubi pareret. Complexa igitur palmam, vt à doloribus solueretur, peperit: cum mos sit parturientium mulierum proxima quæq; apprehendere, atq; ita nixæ partus doloribus soluntur. Enixus est igitur Dianam & Apollinem, vt ait in his Orpheus;

Ἰονίαν ἔλκε δὲ γαστήρ αἶμα λελύσσε,

ἰονίαν ἔλκε

Phœbus & Diana, ex Ioue & Latona.

E Ioue quæ quondam es parvus sortita dolores,

De qua sunt Phœbus simul & Diana creati.

Quamvis Herodorus in Euterpe Dionysii & Iulidis inquit Apollinem & Dianam esse filios, at nutricem fuisse Latonam, ut dictum fuit. Sed ut communior sententiam sequamur, recens natus Apollo sagittis serpentem illum occidit, qui matrem Latonam ad id usque tempus infecutus fuerat, ut scripsit Pindarus in Pythiis. atque cum multa de Latona dicta sint superius, eadem repetere ducimus superuacaneum, quare tot de illa in presenti dicta sufficiant. Nunc autem quid Latonam esse voluerint antiqui perquiramus. 10
Fuerunt qui Latonam matrem fuisse Apollinis tradiderunt, quia suauitas musicæ harmoniæ malorum omnium obliuionem inducat, quæ sunt in hac miserrima & molestiarum plenissima hominum vita. Dicunt Dianam filiam fuisse eiusdem Latonæ, quia musica modo ad lenitatem muliebrem animos mortalium inflectat, modo ad fortitudinem erigat & inflammet, strenuosq; faciat. Nam memoriæ proditum est Timotheum musicum ubi in conuiuiis musica instrumenta apud Macedonem Alexandrum pulsaret, ita eius regis animum inflammasse, ut ad capienda arma e conuiuiis exilierit. Deinde cum ab illa tam acri chordarum tractatione ad leniorem modum deuenisset, iterum accubuit Macedo, ut scriptum reliquit Aristoxenus in libro de Tibicinibus. Alii crediderunt Dianam genitam dici a Latona, quoniam venationis etiam exercitatio plurimum conferat ad deponendas & delendas animi molestias. Hanc inquit Phœbes & Cæxi filiam fuisse, qui Cæxus est cælo natus est, quoniam omnium bonorum pater ac mens diuina omnibus quæ sunt ac vigent suam bonitatem impertit: neque quidquam est boni, quod non a diuina bonitate cælitus proficiat: omnium igitur malorum obliuio filia est superni luminis. Hæc malorum obliuio cum plena sit spe & pulchritudine de cælo adueniente, ab humanis calamitatibus tanquam a serpente, terrore afficitur: veruntamen ope diuina ad partum adiuuatur, ac serpentem denique superat. alii tamen, inter quos fuit Lyfimachus Alexandrinus lib. 10. rerum Thebanarum, maluerunt hoc ad mundi procreationem perducere, qui dixerunt sydera & solem vi maxima caloris in superna loca receptum fuisse, ubi primum post chaos rerum informium formæ, ac elementa enituerant; terra molli adhuc existente, & lutosa, & instabili sede nutante, cum calor æthereus paulatim conualuisset, ac semina ignea in eam defluxissent. Tunc enim lunam inferiorem locum inter corpora cælestia occupasse memorant, ut quæ crassiore sit natura. Sic igitur physici Latonam terram esse crediderunt, cui Iuno diu obstitit, ne Phœbus ac Diana nascerentur. atque Iuno aer est, ut ostendimus, qui humidus supra modum grauisque existens erat impedimento, quo minus duo lumina viderentur ob densitatem, 30
quasi ne nascerentur. Sed vis Neptuni denique concessit, ut terra, quæ prius sub aqua latebat, siccaretur, quæ exiccata & apparente ex aquis Latona peperit: nam cessantibus nebulis hæc duo lumina continuo apparuerunt. Quod verò Apollo serpentem, qui matrem infestabat, sagittis confecerit, ita Stoicus Antipater interpretatus est: terræ humidæ & recentis adhuc exhalatio cum esset frequens volubili impetu sursum ferebatur; at cum non apte posset ob copiam digeri, rursus ferebatur deorsum, omniaq; putredine corrumpebantur. At illa putredo, cum fiat omnis putredo per calorem non sine

Zzz a hume-

278

Cap. VII.

Cvretes autem illi, qui Iovem cum Rhea Saturni patris crudelitati subtraxerunt, eumque in Cretam educandum deportarunt, num dæmones fuerint, an homines dubitari solet: siquidem Hecætus Milesius in iis libris, quos de Phoronto conscripsit, modo *ἀγροὶ καὶ θεοὶ* saltatores deos scilicet, modo *ἀγροὶ καὶ θεοὶ* lafores siue iocosos vocavit. at vero Menodotus Samius in iis commentariis, quos de rebus Sami egregiis conscripsit, *ἀγροὶ καὶ θεοὶ* Curetes æreis scutis armatos Deos appellavit. Heraclides autem Ponticus in rebus Amatoriis non Deos, sed Cretenses homines putavit esse, qui primi omnium mortalium ærea arma in Eubœa induerint, Iovemque nutriuerint, & cum illo postea militauerint, eumque in regnum paternum deduxerint. Fama & Curetes & Corybantes ab Idæis dactylis fuisse genitos, ut memoria prodidit in rebus Cretensium Echemenes, qui viros centum in Creta genitos fuisse memorat, atque illos Ideos dactylos fuisse vocatos; à quibus nouem Curetes fuerunt procreati, qui singula decem viros genuere, quos postea nominarunt Idæos Dactylos, ut ait Strabo lib. 10. Dionysius vero Chalcidicus quindecim illos fuisse scripsit. at Pherecydes quinquaginta & duos, quos etiam ex Apolline & Rhytia nymphea natos fuisse tradidit. alii contra è Cabera Pretei filia & Apolline. vocati sunt Idæi ab Ida monte Cretæ ut sensit Hellanicus, ut vero Mnafeas lib. 1. de Asia à patre Dactylo & à matre Ida. at Posidippus epigrammarum poeta vocatos fuisse Idæos Dactylos putauit, quia in Ida monte Cretæ Rhex obuui digitorum eius attigerint cum illam complecterentur. fuerunt autem præstigiatores Idæi Dactyli, ferrique in varias formas diducendi artifices, aliorumque metallorum inventores, ut patet ex his catminibus eius poetæ, qui Phoronidem scripsit.

ἰδοὺ φέρω ἀπορία ὑποτάξαι τὰς ἐκείνων·
 κἀγὼ κατακαίνισται μέγας, καὶ ὑπερέβηται μέγας·
 ἐκπαύεται διακρίπεται ἴσως ἀποτάσσεται·
 εἰ πρώτης τυχὼν πολυμετρεῖ ὁ φαίδιμος
 ἄνθρωπος ἄνθρωπος τὰ καὶ ἴσως αὐτὸς αὐτὸς
 ἐν πῦρ κατακαίει, καὶ ἀποπνέει ἴσως ἰδοὺ αὐτὸς.

Præligiatotes homines hic testa suarum
Idæi coluere Phryges montana domorum.
Celmis, Damnameneus ingens, præsignis & Actmon.
Egregii famuli Adrastæ, qui prius artem
Vulcani, reperere Dei prudentis in altis
Montibus: & ferrum varias docuere figuras
Ignibus impositum.

—